

Sigillaria: quod Sigillaribus, quae pars erant Saturnalium, A mitterentur, ut hac ratione inuicem gratulari Saturno, atque Opitias agere viderentur.

Hujusmodi etiam munera vocabantur Strenae. Unde strenam vocat Festus, munus, quod die festo boni ominis gratia datur.

Origo illarum, quibus felicem ominatur annum, a Tatio Rege manasse dicitur, qui primum Romuli hostis, deinde Collega in regno Romano fuit.

At Tiberius Caesar, teste eodem, strenam commercium noluit extendi ultra Calendia Ianuarias, quia ille dies propriè Xeniorum erat, unde nã ultra eam darentur, vetuit.

Consulatur Locus de Strenis. Item Locus de Benedictione. Vbi nonnulla de Xenio librorum.

Y

Y. LITTERA PYTHAGORÆ.

Littera Y Pythagoræ littera inscribitur, quod is ex ea symbolum accepit duarum viarum, quæ nobis propofite sunt, & significantur perfectionem hujus litteræ in duas partes, quarum dextra angustior ad virtutem nos invitât: altera spatiosior, & magis ampla, vitiis viam aperit, perinde ac si Christum audivisset dicentem: Angusta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam, & paulo ante: Lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.

Ut diximus multa in hanc rem. Loco de Virtute. Ut autem ad litteram Pythagoræ revertamur, utitur illius similitudine Persius Satyra 3. inveniens nobilem adolescentem, ut circa litterarum studia se sedulum præfaret, eumque à virtute commendat his verbis:

Et tibi, quæ Samius diduxit Littera ramos, Surgentem dextra monstravit limite callem. Intelligit autem Litteram Pythagoræ, qui Samius erat genere, duabus vitæ humanæ viis applicatam, cujus callem dextro limite surgentem, qui virtutis erat, ei monstratam assentit.

De scripto verò hanc litteram eleganti hoc carmine Viri. Littera Pythagoræ discrimine sedis bicorni, Humanae vitæ speciem præferre videtur.

Non via virtutis dextrum petit ardua callem, Difficilemque aditum primùm spectantis offert: Sed sequitur præbet fessis in vertice summo. Molle ostentat iter via lata, sed ultima meta Præcepit capros, volucrique per ardua saxa.

Qui quis enim duros casus virtutis amore Viciorum, ille sibi laudemque, decusque parabit. At qui desidiarum, luxuriam sequetur inertem, Dum fugit oppositos incauta mente labores, Turpis, impositæ simul miserabile tranfiget ævum.

Z

Z. LITTERA.

Vide Locum de Litteris.

CUJUS REI SYMBOLUM.

Littera Z veteribus symbolum videtur gessisse Mortis, fortassis quod cum postrema esset litterarum apud Latinos, ut habet verus. Quint. Stoa.

Sepulchrales imitetur concita dentes.

Testis hujus symboli est Laert. 1.6. de vitis Philoprophorum.

De eadem factum extat Epigramma Bernardi Bahuffii è Societate Jesu:

O Zeta felice! ð beata littera! Quæ dulce, croceum, mite, florem, verum, Blandumque Zephyri blanda nomen inchoas: Sed nec beata es tota, nec felice;

Nam triste, & horridum, & pice nigrius nigra, Fimoque olentius capellarum, Etiam scelsi, Zeta, scribis, Zoile, Misella nomen, mite Zeta, vob, mite Ferale nomen: quid tibi cum Zoilo?

Nam voce in ista littera innocens nulla est; Tu nomen orbis optimum, tu passimum Eadem figures ð non feremus hoc vates, Numquam feremus. Sit supremum hoc Zoilum, Aut mitte Zeta, aut te vocabimus Theta.

Zahori, vel Zahuri.

QUINAM SINT?

Est, apud Hispanos genus hominum, quos Zahoros, sive Zahuros appellant: Lineos Latini dicunt. Ferunt autem hos etiam abdita in terra visceribus, ut sunt venæ aquarum, metallorum, thesauri, inmodò, & ita cadavera sub capophagis videre. Estque res notissima id ita fieri, & fatetur Delphus 1.1. disquis. Magic. c. 3. q. 4. littera C, quod anno m. p. lxxxv. Madrici puerum viderit, qui hæc noxæ, De alio refert Veracrucius lib. 2. de anima speculat. 2.

Hanc autem vim humoris cuiusdam melancholico tribuunt plerique, qui spiritum concitat vehementiam, at si hoc esset afferrent se videre non visa, nec videnda: at modo veritas, cum visis responderet: unde illa causa ad tantam percipitatem non sufficit. Atque quod de aquarum venis dicitur, eorum notitiam in vapores, qui manê, & vesperi ascendunt, reicit. Del. suprâ. Metalla autem ferè produnt certo genere herbe, quæ illic nascitur. At thesauri, & cadavera latentia, non nisi ope aliqua supernaturali, aut demonum manifestatione, neque enim vilis acies corpus tam opacum, & densum penetrare naturali virtute potest. Cujus etiam rei indicium est, quod qui talia fe videre probant, certos dies eligant, quibus eam vim alligari solent, videlicet Feriam tertiam, & Sextam: quod signum est alicujus facti: nam dies his nihil faciunt ad acendum visum. Ita post Delrium, & A vera Cruce, Sancius lib. 1. cap. 38. num. 37. operis suis moral.

Zelotypia.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Zelotypia Græca est dictio, à Zelos id est, emulatio: & Zelos, id est forma. Hebræi appellant Kineab, zelum. Cicero ex Stoicorum sententia eam definit ægritudinem ex hoc, quod alter etiam potiatur eo, quod quis concupiscit. Chrysippus dixit esse metum, ne quis habeat commune, quod tuum esse cupis. Et sanè perturbatio truculentissima, & maturè expellenda, priusquam adolescat in animum, atque à quibusdam veteribus numeratur inter tribulationes carnis, quas pati conjugatos Paulus dixit. De hac ægritudine S. Chrysost. Zelotypia laborant eorum animi, qui erga, eos, quos amant, dentium afficiuntur. hom. 23. in epist. 2. ad Corinth.

ZELOTYPÏE GENERALITER ACCEPTE PARTITIO.

Zelotypia duplex: Una, cum nostri causâ diligimus, ideòque non possumus rivalem pati: ut affertores, qui in aulis principum degunt, nec principis commoda proprie quaerunt, sed quatenus, cum sua ipsorum utilitate conjuncta, ideòque id unum sollicitè student, ut eorum, quantumvis principum utiles, arceant, quo videlicet ipsi ex eo, soli majorem utilitatem capiant. Hoc verò non est principem, sed se ipsum amare. Itaque istorum amorum evanescit, cum sublata est illius causâ, id est, cum ea est principis conditio, ut nullum commodum amplius ab eo expectent. Altera zelotypia profus est illi contraria, cum amicos ipsos rei honestæ causâ in illis amandis

dispectamus: ideòque non modò soli nolumus diligit, sed etiam quàm plurimos sinceros amicos illi cupimus conciliare, quod eorum commodis magis, quàm nostris ipsorum delectemur, qui demum verus, & honestus, ac perpetuus est amor: Illam zelotypiam tribuit Paulus Pseudoapostolus, Gal. 1. 7. ut qui vel commodi causâ Galatas diligenter, idemque summo studio nitentur Paulum, ut rivalem, excludere. Hanc verò sibi tribuit, 2. Cor. 11. 2. ut qui rei honestæ causâ Corinthios dilexerit, id est, non lucrati, aut gloriæ studio, sed Dei zelotypia, ut ibidem appellat.

ZELOTYPÏE LEX APUD JUDÆOS, ET PURGATIO.

Truculentissimam Zelotypiæ tyrannidem Deus à populo suo eximere volens in lege veteri, certam adulterii, ac suspitionis de eodem dilucendæ rationem, legemque tulit in hac verba: quæ leguntur Num. c. 5. v. 14. & sequentibus. Si spiritus Zelotypiæ, id est zelotypia, more Hebræorum: quæ concitavit virum contra uxorem suam, quæ vel pollutâ est, vel falsa suspitione appetitur: adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem sati (mensura erat aridorum) farinæ hordeæ: non fundet super eam oleum (quia oleum misericordiz, non crudelitatis symbolum est (nec imponet thus) quod symbolum est devotionis, & tamæ honestæ: assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauillum terræ de pavimento tabernaculi mittet in eam, &c. Jubeatur autem mulier eam aquam in quam maledictiones plurimas congesserat Sacerdos, bibere: quæ si criminis erata, statim intumescet: venter, & distumebatur. Deo fidei conjugalibus defensorum, & vindicem gravi hæc poena significante. Et quamvis Ceremonia hæc, cum aliis Judaicis extinctâ pariter sit, aliis tamen modis in nova lege Zelotypiam purgatum olim constat, communis utrumque probatio erit contactus ferri candentis, & noventis inolecentem, ut accidit Cæcundæ Imperatrici: Item aqua, vel oleum fervens, cui suspectæ de adulterio immittebant manas. Verum cum similes probationes potius Deum tentent, quàm veritatem elicere valeant, meritò SS. Canonibus vetantur.

Vide nonnulla Loco de Probatione.

ZELOTYPI QUI. URPTA PROCI. AMASII.

Idas, & Lynceus, Arvernes, & Apharci filii, pro Leucippi filibus Phæbe, & Illaira, adversus Castora, & Pollucem prope Spartam dimicant. In quo congressu perit Castor. Polluci autem profuit immortalitas. Fabulantur Acheloum Ætolia fluvium, & Herculeum, Dejaniram Oneni Ætolorum regis filiam in matrimonium poposcisse. Certamine inito, Achelous sumpta tauri forma in Herculem impetum fecit: Hercules cornu manibus apprehensum defregit. Præ dolore cedens Achelous, suam cornu repetens, pro eo Amaltheæ cornu Herculi largitus est. Ovidius in Dejan. Cornua fens legit rapidis Achelous in undis, Truncaque limosa tempora mergit aqua. Nat. Comes Mythol. lib. 7. c. 2.

Cum adolevisset Helena, multos procos habuit, Antilochum, Aganepnotem, Amphilogos duos, alterum Amphiarai, alterum Creati filium: Apacem Oilei, Acalapum, Ajacem Telamonis, Diomedem, Euryphilum, Elpenorem, Eumelum, Menelaum, Megetem Mnetheum, Jalmenum, Leonteum, Machaonem, Polyxenum, Penela, Podalirium, Philoctetem, Proteflaem, Patroclum, Stelium, Ulyffem, Thalpium, Schedium, Polyphemum, Teucerum. Eos autem Tyndarus Helene pater jurjurando obstrinxit, cuicumque puella nupsisset, ei ceteros omnes contra aliorum quorumcumque vim open lateros. Ipsa Menelaum elegit. Cui cum Paris Helenam rapuisset, ex federe focia arma Græcorum principes junxerit. Natal. Comes lib. 9. Mythol. Vide Istor. in Helena Eucio.

Propret Laviniam, Latinis regis, & Amatae filiam, ortum est bellum inter Æneam, & Turnum, dum uterque eam sibi in matrimonium dari cuperet. Virg. in Æneid.

Scellus & Cassianes, Ceteris filii Thracenses, concitata navibus insula Strongule, prius, post verò Naxo dictâ prodierunt, & prædatique sunt Peloponnesum, & circumjacentes insulas. Aggressi autem Theflalam, multas feminas secum abduxerunt: inter quas Iphimedam, Halothæ uxorem, ejusque filiam L. B. Theat. vit. Human. Tom. V. 11.

Pancrato, cujus amore ambo irretiti, mutuò se interemerunt. Parthen. de Amat. c. 19. ex Andrisi de rebus Naxicis l. 2.

Nannam Gevari Norvegiarum regis F. Balderus Othin Seelandiæ reguli Fambicat. Virgo exculcare, indignum fore dicentans mulierem mortalem Deo immortali (talem enim fe Balderus ob magia peritiam jactabat) copulari. Revera autem Hotheri Suecorum regis nuptias malebat. Balderus conscripto exercitu, armis, & magiâ Hothero superatus, claffe submersa vix effugit. A Canis postea in regem creatus, ab Hothero interfectus. Joon. Magnus lib. 2.

Exemplum tyrannidis Zelotypiæ colligere possumus ex monumentis C. Vibii adolescentis: qui cum Putillia puella adamatata potiri non posset, alterque sibi prelatus esset: zelotypia correptus, ejusque vim sustinere non valens, sibi ipsi manus violentans intulit, ut ex inscriptione hæc apparcat.

INFER. D. DEABUSQUE.

C. VIBIUS ADOLESCENS INTEMPERATO AMORE PERCITUS PUTILLÆ SEX. PUELLÆ GRATISS. QUOD ALTERI VIRO TRADIDIT. NON SUSTINENS CRUENTO GLADIO SIBIMET MORTEM CONSCIVIT. VIX ANN. XIX. M. II. D. IX. HORAS SCIT NEMO. Mariti Zelotypi.

M. ANTONIUS, & Cleopatra, victi ad Actium, ad Cæsarem legatos in Asiam miserè. Cæsar rejectis Antonii postulatis. Cleopatra respondit, nihil benignitatis ei, si sustulisset, vel ejecisset Antonium, defuturum. Misit etiam unum liberum suum Thyrem, hominem haud insulsum, qui oratione sua juvenis imperatoris nomine missus, inflatam mulierem, ac mirè formæ causâ tumidam, posset movere. Hic prolixior oratione quàm alii, cum ea agens, & supra modum honoratus ab ea, suspicionem movit Antonio. Itaque corripuit eum, & flagellis excidit, inde remisit ad Cæsarem, feribens, insultatione, & superbia illius se fuisse irratum, qui esset ob ærumnas irritabilis. Id tu si fers, inquit: inique, habes liberum meum Hipparchum, hunc suspensum flagellato, ut par fieri minus. Defecerat enim is ad Cæsarem. Plat. in Antonio.

Otho, qui imperavit postea, Neroni familiaris, Poppeam Sabinam à marito abductam, depositi nomine apud fe retinuit, quoad Nero Octavianam uxorem amoliret. Eam tamen non contentus corrupisse, adeò dilexit, ut ne rivalem quidem Neroneum æquo tulerit animo. Poppea insuper acris Neroni amorem abutens ad superbiam, didabat fe nuptam esse Othoni, qui animo, & cultu magnificens foret: cum Nerone assistente ancillæ Actes devinctus, nil traxisset ex contubernio servili, nisi abjectum, & sordidum. Creditur certe Otho non modò missus ad arcedendum non receptive, sed ipsum etiam excoluisse quondam pro foribus antentem, miscentemque frustra minas, & præces, ac depositum ropocentem. Quare didicit matrimonio, sepofitus est per causam legationis in Lusitaniam, & satis visum, ne pona acrior mimum omnem divulgaret: qui tamen sic quoque hoc diditico innotuit.

Cur Otho mentio sit, queritis, excol honorè & Duxoris macchus cegerat esse sue. Suetonius.

CAROLUS Crassus Imperat. in Alemanniam reverfus, Richidem conjugem adulterii postulavit, atque in concione se nunquam cum ea concubuisse juravit. Quod crimen illa ita reputavit, ut fe virginem esse, idque fe Dei judicio, aut singulari castitate, aut candentis ferri tractatione confirmatam esse responderit: nec multò post constructo sibi monasterio velum H sumpsit. Sigon. lib. 5. regni Ital.

Justina virgo Romanae generis, & forma nobilis, ætate juvenili, cum locupletis quidem, aut stolido, & furenti viro esset tradita, de excellenti illa specie in suspitionem marito venit: qui candidissimam uxoris cervicem conspicuatur, inclinantis fe ad evendum calcem, furore ex zelotypia correptus, teneram puellam, & novam conjugem obrunca vit. De quo facinore tales lugubres querela leguntur.

Inmisit ferro secuit mea colla maritus, Dum propro nivei solvere vincula pedis. Durus, & ante thorum, qui nuper nupta coivis: Quo cecidit nostra virginitatis honor. Nec culpa meruisse necem, bona munia testor: Sed jaco sati forte perempta mei. Discite ab exemplo Justine, discite patres, Ne nubat fatuo filia vestra viro.

Simile legitur Epitaphium lugentis feminæ Perufinæ infontis à marito ob suspitione adulterii, & zelotypiâ interfectæ. Yyy 3 57

Si qua soles proprio gaudere puella decoro, Quid mea fors possit, nunc ego sola queror.

Uxores Zelotypae.

JASON, rapto e Colchide vellere aureo, cum Medea uxore Corinthi 10. annos vixit, genitque interim ex ea Thefalum...

NEOPTOLEMUS, sive Pyrrhus Achillis F. confirmato cum Harmonie matrimonio, Delphos ad Apollinem gratulatum...

Cum Alcibiades, Vide supra Uxores morosae. Ioa Michaelis Paphlagone Imper. marito mortuo restituta imperio...

Cephalus, cum studio Diane feras affidue persequeretur, & nimio zstu refragari cuperet, auram vocabat Procris autem Uxor existimans maritum Nympham aliquam hoc nomine...

dictam expetere, in virgultis sese recondidit, contemplantura cupisnam virginis cupiditate Cephalus flagraret. Motis igitur hinc inde virgultis, maritus in his feram latere putans, emisso jaculo, conjugem infensus interfecit. Hinc Ovid.

D. DITI PROSERP. S. V. E.

TREBIE Q. L. S. TREBII FILIE S. AMORIS MONUMENT. EI PIETATIS AUL. FIRUSTIUS VIR CUMQ. SUMMO CUM DESIDERIO DELICIOSE VIX. M. D. III.

Patrum nostrorum memoria, Joanna Regina Hispanie mater Caroli V. & Ferdinandi laudatissimorum Imperatorum hoc morbo laboravit: quae erga maritum Philippum regem, esse Gomezio, incredibili zelotypia stimulata, acerba ei, & molestata erat.

Excandescit Catullus in Raudum rivalem, ut puella sue futrem. Item ager ferens Lesbium sibi ob pulchritudinem a Lesbia praepositum, ubi ait: Lesbius est pulcher: quidni quem Lesbiam malit, Quam te cum tota gente Caerule tua.

Persae in amoribus gravi emulatione prae diti sunt: ut non ille modo, qui appellaverit, & atterit regis pellicem, verum etiam qui proprius in itinere praeteratus fuerit, & praetervectus, quibus portantur plausura, capite luat.

Neara Stratoelida, Xenoclide Poetae, Hipparchique hystionis erat amica. Phryionique Peanici, qui Damonis quidem filius fuit, at ex sorore nepos Democharis. Cum autem amici

amici fuissent arbitri, ex eorum sententia Stephanus orator, & Phrynyon Metaram alteris diebus possederunt. Atheniens. lib. 13. cap. 23. Aristod. lib. 1. vid. Mem. 2. Duo Gnathanam, inquit, mercede conduxerant, Miles, & Mastigia.

Memmius quidam Romanus, cum ageret Tarracinae, mulierculam quandam depeibat, sed non citra rivalem. Cum aliquando rixa incidisset, eo iracundia provectus est Memmius, ut Largi (nam id rivali nomen) brachium mordicus arripere.

Leocart lacertum Largi mordax Memmius. B Memmie M. Tullius lib. 2. de Ora. 2. Tamesti L. Caesar, qui haec loquitur apud Ciceronem, existimat narrationem hanc totam in Memmum adversarium dedita opera consistam fuisse.

Excandescit Catullus in Raudum rivalem, ut puella sue futrem. Item ager ferens Lesbium sibi ob pulchritudinem a Lesbia praepositum, ubi ait: Lesbius est pulcher: quidni quem Lesbiam malit, Quam te cum tota gente Caerule tua.

CIRCE venetica agere ferens Scyllam nympham a Glauco amari, fontem (in quo se larvabat) insectis veneno, cujus virtute Scylla in monstrum marinum mutata est.

CELEBERRIMA fuit Plangon Miletia, quam adolescens quidam Colophonensis amavit, juxta Bacchidem Samiam. Illa Bacchidis forma audita, ut juvenem ab amore ejus divertere, congressus praemium postularit monile Bacchidis preciosissimum.

POLYCRATES Samius frequentem operam Musis navavit, & Polyeratem Tejum fecit plurimum, seduloque ei adhaeret, & delectatus est ejus carminibus. Anacreon Smerdium Polyeratamasiuum, serventore praconio in caelum usque extulerat.

THERON Thefalus admota muro lava, & strico gladio inspectante amalio praecidit pollicem suum, provocans rivalem. E. Plut. Ser. amat.

PAUSANIAS Macedo alleclus inter eos, quibus regii corporistuendi officium incumbit, Philippo regi Amyntae F. ob formae elegantiam charus erat. Hic cum alterum Pausaniam sibi cognominem a rege amari animadverteret, convitius cum insecutus est, ancipitis sexus hominem appellans, quod amantium libidini sese exponeret.

THEMISTOCLES cum Aristide Lyfimachi graves sustinuit inimicitias. Hinc enim semper ab eo dissentiebat. Amavit uterque, ut Ariston Philosophus scriptum reliquit, formosum Stesilaum, Cea oriundum. Hinc fuit perpetuum inter eos, & de republ. diffidium. Quamvis vitae, & morum videtur dissimilitudo eam exaggerasse distractionem.

* A ZELOTYPRIA IMMUNES. NON ZELOTYPI.

Germanos refert Munsterus minimè inter Europæos zelotypia laborare, immò praeclarum existimare, omnes feminas cum F omnibus manibus in publicis balneis simul perli.

Refert Bodinus, cum in Angliam profectus esset legationis causa audivisse Mendozam legatum Hispanorum, cum turpe esse dicebat, viros simul cum feminis in concionibus sacris permittit videri. Qui Dalus Magister libellorum unaris reperit: Turpe id quidem apud Hispanos, qui etiam in facris locis cogitant de explenda libidine: a qua procul abeunt Anglorum mentes.

* AD EAM PROCLIVES.

Australibus populis adeò inest hoc zelotypiae tormentum, ut ne sacra quidem publica, nisi diviso sexu interposito pariete fieri permittant.

Itali, ac Hispani prae aliis nationibus hac cum tyrannide conflictantur, sic ut plerique animi agere intereant. Unde G apud eos Glosia hoc vitium appellatur, quod animum adeo mensus assiduo concutiat, ut continuo suspitionum recufus sanguis pelvè velut quodam gelu concrescat.

Feminas, cum primis vitio huic deditas esse; praesertim praegrantes, idque ægritudine quadam, Galenus alio scribit.

TURCA praeterea prae cæteris gentibus uxorum pudicitia istudere, & Zelotypos esse, docet Busbequus: Turca, inquit, si quæ alia gens, uxorum pudicitiae studet; ideo conclusas domi servat, atque abduat, ut vix sol aspiciat. Quod si in publicum necessitas, evocet, ita testas, ita pannis obvolutas emittunt, ut meræ larvæ, aut spectra intuentibus videantur, ipsis quidem viros per lineum aut feraceum videndi copia est, viros nulla earum corporis pars ad conspectum patet. Est enim apud eos recepta opinio, non posse mulierem, quam vel minimum forma aut atas commendat, a viro sine otium libidine, ac proinde sine mentis labe conspici: ob id omnes habent absconditas.

* HIEROGLYPHICUM.

Sunt, qui per Camelum Zelotypiam significent: propterea H quod animalia reliqua, tempore, quo rei Veneræ cupidine, vel rabie potius incitata, gestiant, in suam tantum genidie faviant: Camelus autem in hominem etiam in unum quodque aliud animal efferafcit, & usque adeò sibi timet ab omnibus, ut solitudines petat: & id tempus ab omnium consorcio separatus, solam foeminam affeclatur. Pier. Val. lib. 12. p. 107. A.

* SCRIPTORES.

De Zelotypiae vitio scriptis Italico sermone quidam Levantius de Quiddiccolo Mantuanus, in quo plura, & memorabilia, aliaque à jam dictis exempla afferuntur. Inscrubitur libellus, Anidoto de la Glosia, estque editus Venetis.

Pulchre de eodem argumento scriptis Traquell. Logo 16. que est de Connub. eique pramittit Epiſtola consolatoria ad Nicotratam Zelotypam, quæ lectu dignissima est, multaque curiosa circa idem argumentum completitur.

flammam in domum Dei coniecistis, non me, qui conor illum... Quod enim oporteat opem ferre domui paternae...

Simul, atque editum contra Ecclesiam Christi editum in Nicomedia propositum fuit, Vir quidam non obscuro...

Africanus Caesaris cum Urbanum Maximini Caesaris praefectum jam sacrificantem accessisset, & absque formidine...

Modestus Edesae praefectus, cum prima luce iussu Valentis Caesaris ad templum Christianorum properaret manu armata...

De zelo Godefredi Bilonii terram sanctam occupantis, & laboribus, quos sustulit. Et de loco de Catholica Religione...

Huc pertinent exempla Anachoretarum, qui spe lucris animarum etiam solitudines suas deseruerunt, ut S. Antonius Magnus...

De pluribus aliis anachoretis refert S. Chrysostomus. Item de populo Antiochae quomododum e montium cavernis Antiochiam accurrierunt...

circumventi, non turo faveat fuerim. Impietatem enim, per errorem purgamur. Postquam ad Imperatorem celeriter...

S. Ambrosius post patratam Theodosii iustitiam Thersalicam, dum ipsum Theodosium sacro fulmine percussum a templi lumine arcuisset...

Terenio duci potestatem fecerat Valens Imperator postulandi quid vellet. At ille tali occasione arrepta: Peto ait, Imperator, pro meritis omnibus mihi rependi, unica Antiochie Ecclesia Catholica permittatur...

Zelus Constantianopolitanorum pro defensione B. Virginis. Et de loco eiusdem, Tit. parrurum in blasphemantibus Dei Matrem.

De zelo Godefredi Bilonii terram sanctam occupantis, & laboribus, quos sustulit. Et de loco de Catholica Religione...

De zelo Godefredi Bilonii terram sanctam occupantis, & laboribus, quos sustulit. Et de loco de Catholica Religione...

Ado recensens exemplum de zelo animarum D. Francisci, de quo ita scribit S. Bonaventura in ejus vita, cap. 12. Fidelis revera famulus, & minister Christi Franciscus, ut cuncta fidei, et perfectae peragere, illis potissimum virtutum exercitiis intendebat...

sententiam exquisivit. Siquidem ego, inquiens, simplex, & imperitus sermone, majorem orandi accipiam gratiam, quam loquendum. Videatur etiam in oratione lucrum, & cumulatior gratiarum: in praedicatione distributione donorum celestium acceptorum. In oratione etiam purificatione interiorum affectuum...

DE ZELO INDISCRETO EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Videns Josue famulus Moysi, duos homines in castris prophetales, dixit, Domine mi Moyses, prohibe illos, at ille, Quid inquit amularis pro me? Num. 11.

Abisai Sarrae voluit amputare caput maledicentis servi David, profectionem Absalon patienti. Sed non permisit David, ut aliquid mali inferretur illi, 2. Reg. 10.

Filii Prophetarum coegerunt Eliseum, ut mitteret viros ad querendum Dominum suum, ne forte spiritus Domini projiceret eum in unum montium, aut in unum vallium. 4. Reg. 2.

Jonas fugere voluit a facie Domini, quando praecipit ei praedicare Ninivitis. Et postmodum doluit, quando vidit, quod civitas iuxta interitum, quem praedixerat, non reuebat. Jon. 14.

Cum ostendisset Dominus discipulis, oportere eum multam pati a principibus Judaeorum, & occidi, Petrus cepit increpare illum, dicens, Abit a te, Domine, non erit tibi hoc. Matth. 16.

Multum zelabant Pharisei pro observatione sabbathi, quando videbant Dominum de illo curantem infirmos. Luc. 6. & 13.

Item quando videbant discipulos eius spicas vellentes, & manibus conficantes. Luc. 6. Matth. 12. Marc. 2.

Scribae, & Pharisaei zelabant pro traditionibus suis, quam pro divinis mandatis. Matth. 23. Marc. 7.

Item pro dono templi plus zelabant, quam pro ipso templo, & pro dono altaris, plus quam pro ipso altari. Matth. 23.

Oblati sunt Domino parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Jesus autem ait: Sinite parvulos venire ad me. Matth. 19. Marc. 10.

Cum effudit Maria preciosum unguentum super caput Domini, quidam Discipuli indigni ferebant, & fremebant in eam, de perditione unguenti. Marc. 14. Matth. 26.

Joannes Apostolus prohibuit quandam efficientem damnationi in nomine Domini Jesu, eo quod non sequebatur eos, cum D. alii discipulis, & ait ad illum Jesus: Nolite prohibere, qui enim non est adversus nos, pro nobis est. Luc. 9.

Audientes Jacobus, & Joannes, quod Samaritani non reciperent nuncios Domini, ajunt: Domine, vis dicamus, ut ignis de caelo descendat, & consumat illos: & conversus Dominus increpavit illos, & dixit: Necesse est, cujus spiritus estis. Eodem.

Arguit Dominus Petrum, qui amputaverat aurem servo principis Sacerdotum, eo quod tunc Christi non erat tempus potentiae ostendende, sed patientiae exhibendae. Marc. 26. Luc. 22.

Apparet, discipulos Joannis Baptistae zelasse contra Dominum pro magistro, quando dixerunt: Rabbi, qui tecum erat trans Jordanem, hic baptizatus, & omnes veniunt ad eum. Joannes autem optime respondit eis. Joan. 3.

Cum afferrentur de civitatibus vicinis diversi infirmi in Jerusalem, & a Petro curarentur, exurgens princeps Sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant, repleti sunt zelo. Act. 3.

Emulator erat patrum traditionum Paulus contra multos coetaneos suos, quando devastabat Ecclesiam per domos intrans, & trahens viros, ac mulieres, & tradebat in

custodiam. Unde accepit literas a principe sacerdotum ad synagogam, quae erat Damasci, ut si quos inveniret ibi, B qui invocarent nomen Christi, vivos perduceret in Jerusalem. Act. 9. & 22.

Videntes Judaei, quod penè universa civitas convenerat audire verbum Dei, quod Paulus, & Barnabas praedicabant, repleti sunt zelo, & contradicentibus, quae a Paulo dicebantur blasphemantes. Act. 13.

Venienti Hierosolymam Paulus dixerunt ei Fratres: quorum millia sunt in Judaeis, qui crediderunt: & omnes aemulatores legis sunt. Act. 21.

Et de talibus dicit Paulus? Testimonium quidem perhibeo illis, quod aemulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Rom. 10.

Intellige, sed secundum errorem. Siquidem Judaei pro tuenda lege Moisaica existimabant se agi zelo, quod potius oppugnarent Dei honorem, eiusque legem.

D. BERNARDUS, Importabili, inquit, absque scientia est zelus. Ubi ergo vehementer aemulatio, ibi maxime discretio est necessaria, quae est ordinatio charitatis. Semper quidem zelus absque scientia minus efficaciter, minusque utilis invenitur: plerumque autem perniciosis valde sentitur, quod igitur zelus fervidior, ac vehementior spiritus, profusiorque charitatis: eo vigilantiori opus scientia est, quae zelum supprimit, spiritum temperet, ordinet charitatem. Serm. 49. Super Cant.

HISTORICA. Venerabilis Abbas Paulus in tantam cordis puritatem longa quiete solitudinis, silentioque proferat, ut non dicam vulturnum femineum, sed ne vestimenta quidem flexus illius conspectu suo pateretur offerri. Nam cum eidem pergenti ad cursum solitudinis accola, casu mulier obviasset, offensum occurru ejus, tanta gaudio ad suum rursus monasterium (praetermissis, quod arripuerat, praeter visitationis officio) recurrat, quanta nullus a facie leonis, vel immanissimi draconis aufergeret, ita in nemorati quidem Abbatis Archiebiscopis vocatis cum, clamore, ac precibus flecteretur, ut ad requirendum senem, quemadmodum proposuerat, cepto itinere tenderet. Quod licet zelo castitatis, & puritatis ardore sit factum, tamen quia non secundum scientiam praesumptum est, sed observantia disciplinae, & iustae distinctionis excessus est modus (non enim solam familiaritatem, quae vere est noxia, seminarum, vel ipsam quoque figuram sexus illius creditur excedendam) tali consensum correptione percussus est, ut ejus universum corpus paralyticis valetudine solveretur, nullumque in eo membrum penitus plerumque suum praevaleret officium. Siquidem non solum pedes, ac manus, sed etiam linguae motus, quae elocutio visus exprimitur, ipsaque aures ita auditus proprii amiserant sensum, ut in eo nihil amplius ex homine, quam immobilis, atque insensibilis figura remaneret: Eo autem redactus est, ut infinitatim ejus nullo modo virorum diligentia deservire sufficeret, nisi sola ei muliebri sedulitas ministrasset per annos ferme quatuor, id est, usque ad vitae suae terminum. Joan. Cassian. collat. 7. cap. 26.

Zodiacus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Zodiacus, Graece ζωδιακός, est circulus caelestis, in quo 12 signa sunt, quae sol singulis annis percurrit. Latine significat dicitur.

Astronomi circos, seu circulos caelestes undecim numerant, caelum ambientes. Hi circuli sunt, Lacteus, Zodiacus seu signifer, Aequinoctialis, duo Coluri, duo Tropici, duo Solares, Meridianus, & Horizon. Macrobi. 1.1. in Somn. Scipio. c. 15.

Circulus caelestis est linea ambiens Sphaeram, ac veluti limitam faciens, per quam lumen utrinque discursit, & inter, quam vagantium stellarum error legitimus coercetur. Idem lib. 1. in Somn. Scip. cap. 14.

Zodiacus Sensibilis est circulus major, obliquus, constans sua latitudine, sectus in duodecim partes, seu fidera, quae vocantur signa: vel in duas medietates, quarum altera dicitur Aultrina, altera Septentrionalis: sub quo stella erratica perpetuo moventur. Hujus obliquitatem noviss. Plinius ait esse, rerum fores aperire, lib. 2. c. 8. Hunc circulum prolixe describit Manilius lib. 1. ex quo paucos versus leatori propono. Sed non ingeni scillatus Baites orbis, Insignemque facit caelato lumine mundum, Est ter vicinas partes patet, atque trecentas

